



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. III. Qui revelat peccatum complicitis sine ulla necessitate vel utilitate, peccat contra justitiam; adoque tenetur ad restitutionem tum famæ, tum aliorum damnorum, quæ ex tali infamia oriuntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

professio, illam non solum esse licitam, sed etiam obligatoriam; & non solum posse revelari peccatum complicitis, sed etiam debere: non tantum in articulo mortis, verum etiam quandocumque obligat præceptum suscipiendi Sacramentum: non quod distinctio hæc, quæ Aliqui utuntur, nullatenus sit fundata (ut putat Herincx part. 4. tract. 4. disp. 3. n. 58. fecutus Suarium disp. 34. sect. 2. num. 12. & alios Recentiores) sed quia reverà bonum integræ Confessionis, etiam extra articulum mortis, prævalet malo, quod sequitur compliciti ex revelatione sui peccati.

Herincx.
Suarez,

48.

Major est ratio revelandi complicitem in articulo mortis, quam extra.

Responsio
Suarii.

Cæterum puto ego majorem esse rationem revelandi complicitem in articulo mortis, quam extra: quia in articulo mortis occurrit peculiare incommodum, nimirum periculum nunquam amplius constendi illud peccatum, adeoque periculum non exhibendi satisfactionem, quam Christus requisivit pro peccato quolibet mortali.

Respondet Suarez supra, hoc non asserere novum aliquod detrimentum spirituale, nec novam præcepti divini transgressionem: quia totum illud per accidens est, quatenus ex futuro eventu pendet; sed solum (inquit) est attendenda præsens excusatio. Quapropter, si rationes aliæ per se non sufficerent ad excusandum à detractione formali, & ad obligandum ad servandam integritatem; illa circumstantia articuli mortis parum profectò ad utrumque conferret. Hæc ille.

49.

Rejicitur ab
Auctore.

Quinimodò, multum profectò ad utrumque conferret, quemadmodum multum conferret ad excusandum à solutione hodierna debiti pecuniarii, quod, etsi hodie illud non solvam, post octo dies potero solvere, & solvam; estò rationes aliæ per se non sufficerent ad excusandum, ex hypothesi, quod nisi hodie solvam, in perpetuum non potero illud solvere, nec solvam. An putas, quia justa ratio differendi solutionem debiti ad tempus, eadem semper sit justa ratio nunquam solvendi debitum? Clarum est quod non.

Lesius.

Quando (inquit Lessius de Justitia & Jure lib. 2. cap. 16. nu. 23.) is est rerum mearum status, ut non possim debitum præstare statim sine magna aliarum rerum mearum jactura, licitum est mihi ex quadam æquitate Juris naturalis differre, nisi fortè creditor simile detrimentum accepturus putetur. Secus est, quando tales sunt circumstantiæ, ut nisi modò restitutio fiat, nunquam sit futura; tunc enim si res injustè ablata est, statim restitui debet, etiam si magni sumptus essent faciendi. Hæc ille.

Cur ergo Deus non posset rationabilius exigere integram Confessionem cum infamia complicitis in articulo mortis, quando est periculum nunquam amplius integrè confitendi, quam extra articulum mortis, quando post

unum annum v. g. potero integrè confiteri, & integrè confitebor?

Nec verum est, quod supra dicebat Suarius hoc non adferre novum aliquod detrimentum spirituale: nam impedit, quò minus penitens unquam possit sacramentaliter satisfacere pro illo peccato; per consequens accipere remissionem peccatorum temporalium ex opere operato. Afferet etiam novam præcepti divini transgressionem; quia præceptum divinum est, semel confitendi in vita quodlibet peccatum mortale: illud autem transgreditur, qui in articulo mortis non confitetur aliquod peccatum mortale; secus qui hodie non confitetur, si crastinà die confiteatur. Et licet totum illud pendeat ex futuro evento, scilicet morte nondum physicè existente & præsentè, eundem cum mors moraliter certa sit, & moraliter præsens, totum illud per se censeri debet, & non per accidens; neque ita attenditur excusatio futura, quam bene excusatio præsens.

Interea existimamus, illam distinctionem de Confessione facta in articulo mortis, vel extra illum, non esse necessariam; sed teneri penitentem etiam extra articulum mortis manifestare complicitem, quandocumque urgeat præceptum Confessionis, & non potest aliter peccatum suum integrè confiteri; immodò est non urgeat præceptum Confessionis, si tamen notabilis aliqua utilitas hic & nunc suadeat Confessionem. Alioquin,

CONCLUSIO III.

Qui revelat peccatum complicitis sine ulla necessitate vel utilitate, peccat contra justitiam; adeoque tenetur ad restitutionem tum famæ, tum aliorum damnorum, quæ ex tali infamia oriuntur.

Suppono, formalem detractionem, id est, violationem alienæ famæ absque rationabili causa, esse peccatum ad minus contra Charitatem; quinimodò contra justitiam, non tantum quando imponitur crimen falsum; sed etiam dum revelatur crimen occultum, tametsi quilibet sit dominus suæ scientiæ, sicut aliarum rerum externarum. Quippe nec alius rebus externis potest uti cum damno tertii; v. g. non potest incendere domum propriam, si inde immineat periculum, ne domus vicini comburatur; ergo pari ratione non poterit uti suâ scientiâ, revelando crimen occultum, quando exinde imminet periculum, ne fama alterius violeatur,

Et ideo Jus in re est dispositio (inquam) præsentiarum famam proest: nam tæ, quæ i habet saltè etiam d justè vel in inde non pe is, cujus b sententiam ministratio sententiam latam sent Hoc su ficialitatem fessionem Confession fit sine ulla gat per se pobilis subsequente & obligabi An sub controverf utrùm rev ceto viro vam partem est) cum f esse virum quia revele erit nisi pe non nisi o mali. Sin a communic lueris, in p scilicet rev mortale; sub mortæ aliorum d Quinim fieri posse esset leve men pecc nis exten plex à C esset sol mam; eo ista bona Et ver fatis faci mam, niri Quis pos (inquit dem Co Confessi sigillo; alio dixi.

Et ideo dominium communiter definitur: Jus in re extendens se ad omnem ejus usum seu dispositionem, nisi lege prohibeatur. Lege (inquam) naturali, vel positiva. Porro impediens obstat lex naturalis conservandi famam proximi, quantum commodè fieri potest: nam sicut tu habes dominium tue scientiæ, quæ in te est tanquam in subjecto; sic alter habet saltem possessionem suæ famæ: immò etiam dominium, donec crimen occultum justè vel injustè fuerit publicatum; quo proinde non potest privari sine justa causa: sicut is, cujus bona omnia sunt addicta fisco, ante sententiam retinet eorum possessionem, administrationem & dominium; adeoque ante sententiam injustè illis privaretur, secus post latam sententiam.

Hoc supposito, Conclusio non habet difficultatem: nam quæ infamationis extra Confessionem, eadem est ratio infamationis in Confessione. Si ergo illa est injusta, quando fit sine ulla necessitate vel utilitate, & obligat per se ad restitutionem famæ talem, qualis possibilis est, nec non aliorum damnorum subsequendum; pari ratione hæc erit injusta & obligabit ad eandem restitutionem.

An sub peccato mortali? Pendet ab illa controversia, de qua supra paucis egimus; utrum revelare peccatum uni prudenti & secreto viro, sit peccatum mortale? Si negativam partem elegeris (quæ minus communis est) cum supponere debeamus, Confessarium esse virum prudentem & secretum, constat quia revelatio complicitis in Confessione, non erit nisi peccatum veniale, & per consequens non nisi obligatio restituendi famam sub veniali. Sin autem partem affirmativam tanquam communioem, & fortè verioem, sequi maueris, in propatulo est, quid sit respondendum, scilicet revelationem hujusmodi esse peccatum mortale, & per consequens sic revelantem, sub mortali obligari ad restitutionem famæ, & aliorum damnorum subsequendum.

Quinimò, quod bene advertendum est, fieri posset, ut secundum priorem sententiam esset leve peccatum detractionis, mortale tamen peccatum injustæ damnificationis in bonis externis majoris momenti, quibus complex à Confessario privaretur; quo casu licet esset sola obligatio venialis restituendi famam; equidem gravis obligatio restituendi ista bona externa.

Et verò modus restituendi bona externa satis facilis est, porro restituendi ipsam famam, nimis difficilis. Et ideo signanter dixi: Quæ sit possibilis est. Erit autem aptior modus (inquit Lugo disp. 16. n. 418.) si non in eadem Confessione retractetur, sed postea extra Confessionem dicatur Confessario sub eodem sigillo: Erravi, dum tibi unum complicem pro alio dixi. Quem errorem si potuerit Confessarius

apparentibus rationibus persuadere, non mentitur; cum reverà erraverit, illum complicem, quem non debebat, manifestando. Hæc ille.

Sed (præterquam, quòd nemo possit Confessario imponere obligationem sigilli extra Confessionem) si non mentitur, cur non poterit id dicere in eadem Confessione? Quia (inquis) confiteretur peccatum quoddam falsum, quod non fecit, loco illius veri, quod fecit: quod videtur esse graviter contra reverentiam Sacramenti.

Contra: Quomodo ergo non mentitur, quando sic loquitur extra Confessionem? Nam si ly Erravi, tunc significet errorem practicum, quem reverà commisit, etiam in Confessione eundem errorem significabit, ut sensus sit: Male feci, dicendo illum complicem; adeoque non confitebitur peccatum falsum, quod non fecit, sed peccatum verum, quod fecit, scilicet injustam revelationem complicitis. Vel si ly Erravi, in Confessione significet errorem speculativum, qui reverà non fuit; & ideo tunc penitens mentitur, & confiteretur peccatum, quod non fecit; dico consequenter, extra Confessionem eundem errorem significare, & penitentem fateri peccatum; quod non fecit, adeoque mentiri; numquam autem licitum est mentiri. Itaque difficillima est, si non impossibilis, restitutio famæ: nam si Confessarius sciat hanc doctrinam, nihil credit inde, & estò millies diceret: Erravi, propterea non deponet malam existimationem, quam semel concepit de illo complice.

Unde Alii putant; optimum modum restituendi esse, si diffamatum de crimine vero, sive in Confessione, sive extra illam (perinde enim est) laudemus, & honorificè de ipso loquamur, ubi datur occasio, quantum possibile est, ut sic infamia antea illata in hac materia, recompensetur excellentiori famâ acquisitâ in alia materia. Siquidem fama divisibilis est, ut proinde qui amiserit famam in uno genere virtutis, non propterea amiserit eam in omni genere virtutis. Et ideo infamatus de vitio injustitiæ, censet sibi fieri injuriam, & reverà ipsi sit injuria, si infametur de hæresi.

Itaque dum nulla omninò est necessitas vel utilitas revelationis complicitis, seu pro integritate Confessionis, seu pro consilio aut solatio penitentis, seu pro avertendo damno tertii, omnes admittunt, esse peccatum contra justitiam, complicem revelare: v. g. scemina cognita est à persona religiosa; descendit ad personam singularem absque ulla necessitate vel utilitate; certum est apud omnes, eam peccare non tantum contra Charitatem, sed etiam contra justitiam.

Sed nunquid hinc efficaciter concluditur; ergo si commodè possim differre Confessionem; aut attec confiteri; qui complicem non

54. Impugnatur ab Auctore.

55. Alios modos restituendi famam.

56. An penitens ex justitia tenetur.

§ fff novit,

tur differre Confessionem, ne complicem infamet?

novit, teneor ex iustitia differre, aut alteri confiteri? Docet Suarez disp. 34. sect. 2. n. 13. quando revelatio necessaria est ad integram Confessionem, iustitiam non obligare ad differendam Confessionem: tamen commodè differri possit; sed solum Charitatem; adeoque secundum hujus regulas prudenti iudicio decernendum esse, quanto tempore peccator debeat differre suam Confessionem, ne hic & nunc confiteatur cum infamia complicis. Et idem dici posset de illo, qui confitetur ordinario Confessario, cui notus est complex, cum posset alteri, cui ignotus est complex, confiteri, si vellet.

Probatur sententia negativa Suarii.

Probatur: qui habet jus accusandi alterum in foro externo, potest id facere apud iudicem ordinarium, quamvis sequatur infamia complicis, qua non sequeretur, si vellet quærere iudicem extraordinarium. Ergo similiter, qui habet jus accusandi seipsum in foro sacramentali, potest id facere apud Confessarium ordinarium cum infamia complicis, quam posset evitare, confitendo alteri Confessario. Et consequenter, sicut non teneor ex iustitia differre accusationem fori externi, ut evitem infamiam complicis; ita neque accusationem fori sacramentalis.

57. Responso pro sententia affirmativa.

Respondeo: totum iudicium fori sacramentalis ordinatur ad bonum solius penitentis. Quando ergo ad hunc finem non est necessaria manifestatio complicis, quia penitens æquè bene confiteri potest alteri Confessario, qui complicem non novit; & æquè bene crastinà die, quàm hodiernà; immeritò allumitur hic Confessarius, & dies hodierna. Et quamvis penitens habeat jus confitendi integrè, non tamen cum præiudicio tertii, qui habet jus ad suam famam, & consequenter injustè illà privatur, nisi majus bonum sit hic & nunc integra Confessio, quàm malum ejus infamia. Semper autem esse majus bonum, unde probatur? Itaque præter jus confitendi integrè, oportet adesse aliquam necessitatem, vel extraordinariam utilitatem, ratione cujus hoc jus, vincat jus, quod alter habet ad suam famam.

Quantum ad forum externum, in quo non attenditur solum ad bonum accusati, sed principaliter ad bonum Reipublicæ seu bonum commune; dico similiter, si ad illos fines obtinendos æquè conducat accusatio apud iudicem extraordinarium, aut accusatio crastina, sinè infamia complicis, quàm accusatio apud iudicem ordinarium, aut accusatio hodierna, cum infamia complicis; peccare non tantum contra Charitatem, sed etiam contra iustitiam, qui accusat cum infamia complicis: quia jus naturale accusandi intelligitur salvo jure, quod proximus habet ad suam famam, nisi aliunde jus accusandi prævaleat, id est, nisi adsit aliqua necessitas, vel utilitas, ratione

cujus accusatio hic & nunc confiteatur majus bonum, quàm malum infamia proximi.

Dices: Hæc sententia repugnat praxi communi, nam passim homines accusant se mutuo coram iudice sæculari de peccatis occultis; nec ullus est, qui apprehendat se peccare contra iustitiam.

Respondeo I. neque apprehendunt se peccare contra Charitatem: ergo non peccant contra Charitatem, negatur Consequentia.

Respondeo II. Quando homines accusationem faciunt criminum occultorum, absque conscientie remorsu, hoc plerumque contingit, quia apprehendunt aliquod malum publicum, vel aliquod malum alterius, distinctum à criminoso; quod alià ratione commodè non possunt impedire. Sive ergo denuntias patenti Prælati, solum intendendo bonum denuntiant, sive accusetur iudicè, intendendo bonum publicum, si æquè commodè facere id possis absque infamia proximi, dico, te peccare non solum contra Charitatem, sed etiam contra iustitiam: neque enim aliquid jus habes infamandi, nisi in quantum illa infamatio est necessaria, vel utilis ad bonum privatum, aut publicum, sive ad obtinendum finem denuntiationis, aut accusationis.

Non ignoro Aliquorum doctrinam, nempe, infamem in uno loco, rariùs infamari in alio loco cum injuria, esto sæpiùs contra Charitatem; sed dico disparem esse rationem in nostro casu, quoniam infamis in uno loco sive factò, sive jure, absolutè amittit jus ad famam suam secundum illam sententiam; & ideo non fit ipsi injuria, si in alio loco crimen ejus nartetur, maxime si locus ita vicinus sit, ut moraliter loquendo crimen ibi sit divulgandum: at verò in nostro casu complex criminis retinet dominium & possessionem famæ suæ, cum neque factò, neque jure (ut suppono) crimen ejus sit publicum. Ergo per revelationem peccator non tantum contra Charitatem, sed etiam contra iustitiam, nisi ostendatur sufficiens titulus, ratione cujus possit privari jure, quod de factò habet ad suam famam.

Si dixeris: Ille titulus est jus integræ Confessionis. Respondeo: Hoc est quod quæritur, an quando integra Confessio æquè commodè fieri potest absque infamia complicis, jus integræ Confessionis prævaleat juri, quod quilibet habet ad famam suam, quando crimen ejus nec jure, nec factò est publicum.

Nec obstat Regula Juris 57. ff. de Reg. Juris: Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur. Item Reg. 151. aliàs 193. eodem: Nemo damnum facit, nisi qui id fecit, quod facere ius non habet. Nam quæritur, an penitens habeat jus integrè confitendi, cum infamia complicis, quando sinè illa æquè commodè potest integrè confiteri? Vide Gloss. in Reg. 57. Opponitur (inquit) nomine qui alienat in fraudem crediti-

orum, iur fert dom sciens, & sciat se hab gredit. l. primo rem didi, iure Cod. de rei sum rem a emp. l. R. & licet id i supra de Fa dolam comm Cod. de For l. Impuber Sed pote tur iure con impositur, su; ut C. ricus & c. it Cod. de Licet ergo tendi; tam utitur cum infamia æo teri; nocet turalis secc Quanto differre suam tum comp preare, u plex est ig quod possit peccato r candum. S altero diff Confessor fieri integ nos, etiar dum illum longi tem frequentia dos peioit spiritali p modum p dum gravi Alii di penitente si ideo pri instat. Ita cles. c. 1. Lugo (inquit) fellus pe & debito aliam cau Si primo obligari gravis res quod me habere v

torum, iure suo utitur? Respon. utiq;: nam trans- fert dominium, ut supra de contrab. empt. l. Si sciens; & tamen dolo malo videtur alienare, cum sciat se habere creditores, ut supra. Que in fraudem credit. l. Omnes. §. Lucius 2. Item opponitur, si primo rem meam tibi vendidero, deinde alii & tradidi, iure id facio: nam transfero dominium; ut Cod. de rei vind. l. Quotiens. Præterea, cum possum rem alienam vendere, ut supra de contrab. empt. l. Rem alienam: ergo multo magis meam; & licet id iure meo faciam, incido in Corneliam ut supra de Fal. l. Qui duobus. Et sic punior; ergo dolum commisi: nam aliter Cornelia non puniret; ut Cod. de Fal. l. Nec exemplum. Et supra de Fal. l. Impuberē in principio. Respondeat, qui potest Az. o. Sed potest responderi: nisi noceat alicui, cui tenetur iure contrahens. 2. vel dic quod eo ipso, quod pena imponitur, videtur prohiberi, sumpto argum. ab effectu; ut C. de Sum. Trinit. l. 3. §. Igitur si Clericus &c. Et sic non iure suo, cum sit prohibitus; ut Cod. de Relig. l. Statuas. Huculque Gloss. Licet ergo quisque habeat jus integrè confitendi; tamen dolo facere videtur, qui illo iure utitur cum infamia complicitis, quando abque infamia æque commodè posset integrè confiteri; nocet enim alicui, cui tenetur iure naturalis secreti.

Quanto autem tempore debeat peccator differe suam Confessionem ne revelet peccatum complicitis; aut quantum laborem debeat prestare, ut inveniat Confessarium; cui complex est ignotus; breviter: incommodum, quod posset exculare penitentem ab omni peccato; reliquitur prudenti arbitrio iudicandum. Suavius supra sic ait: si uno die vel altero differendo Confessionem; speraretur Confessor, cui sine notitia complicitis posset fieri integra Confessio; Charitas (secundum nos, etiam iustitia) obligabit ad expectandum illum. Tamen; si necessaria esset dilatio longi temporis, aut nimia intermissio utilis frequentæ consuetæ; non censo esse obligandos penitentes, ut cum tanto incommodo spirituali præveniant, & vitent illud incommodum proximi de sola infamia, non admodum gravi. Hæc ille.

Alii dicunt; neque obligari ob hanc causam penitentem ad differendam Confessionem, si ideo privatur Jubilæo, aut indulgentiâ, quæ inflat. Ita Fagundes l. 5. de 2. præcepto Eccles. c. 1. n. 2.

Lugo autem distinguendum putat: nam si (inquit) vel post illud peccatum non est confessus penitens, vel confessus est postea bene & debito modo, & propter oblivionem, vel aliam causam iustam, reliquit illud peccatum. Si primo modo res se habeat, puto minus obligari ad differendam Confessionem: quia gravis res est, per triduum esse in statu peccati, quod merito timere potest, cum sit difficile habere verum actum Contritionis; quare non

parum faciet, si propter famam proximi per biduum differat Confessionem. Si verò res se habeat secundo modo; & jam per Confessionem proceverat statum gratiæ; facilius poterit obligari ad expectandum; nisi id cum nota aliqua fiat; quæ ex omissione Missæ vel Communionis consuetæ posset oriri, vel nisi interruptio ipsa gravis sit; prout Sacerdoti, solito quotidie celebrare, grave certe esset per triduum à Sacrificio abstinere. Hactenus Eminentiſſi. addens in fine illius numeri: semper tamen circumstantiæ particulares considerandæ erunt; ad prudenter iudicandum de hac obligatione.

Prorsus considerandæ erunt tam circumstantiæ particulares, quàm generales: & inter generales; an revelare crimen occultum abque iusta causa uni prudenti & secreto, sit peccatum mortale, an tantum veniale: nam indubiè major causa requiritur, si dixeris peccatum mortale, quàm si dixeris peccatum tantum veniale.

Hæc igitur sit regula generalis talis, qualis haberi potest in hac materia: Quando omnibus consideratis, abstinere hic & nunc à Confessione; apparet majus malum, quàm confiteri cum tali infamia complicitis; elige Confessionem; & non peccabis. Sin autem abstinere hic & nunc à Confessione, videatur minus malum; noli confiteri, si non vis peccare.

Si ergo à me queratur, an liceat confiteri peccatum veniale, quod non potest explicari sine gravissimo peccato complicitis, v. g. an liceat femina acularare se ipsam de negligentia veniali, quæ restitit fratri aut patri ad turpia sollicitanti? Similiter, an liceat secundo confiteri peccatum mortale cum nova infamia complicitis?

Respondeo confessim: si omnibus consideratis, apparet illa Confessio peccati venialis, aut iterata Confessio peccati mortalis, cum tali infamia complicitis, majus bonum, quàm abstinentia à Confessione, licet: sin verò minus bonum, adedque Confessio majus malum, quàm abstinentia, non licet.

Habeo quidem jus confitendi peccata venialia (cum etiam pro his institutum sit Sacramentum Penitentiae) & iteratò confitendi mortalia; non tamen cum tanto damno proximi, nisi ex illa Confessione notabile commodum mihi sequeretur, quod prævaleret damno proximi, juxta leges Charitatis. Et quia hoc rarissimum est, tum quia hæc non urget lex integræ Confessionis; tum quia nulla remanet obligatio iteratò confitendi, si minus perfectè explicetur peccatum istud veniale, aut mortale semel remissum, cum nulla sit obligatio confitendi hujusmodi peccata; tum quia totam, aut saltem præcipuam utilitatem Sacramenti potest obtinere penitens alia venialia confitendo, aut illud ipsum confitendo, non

Regula generalis

63. An liceat confiteri peccatum veniale, quod non potest explicari sine gravi peccato complicitis.

64. Videtur Lugonid regulatice non licere



non declarando illam circumstantiam, v. g. si femina in casu proposito dicat: *Negligenter resti alicui viro, me sollicitanti ad turpia*; ideo docet Lugo disp. 16. nu. 411. regulariter id non licere, nisi forte quando ex Confessione talis peccati, aliquid aliud magnum bonum poenitenti obveniret, vel ob petendum consilium, aut quid simile.

Sententia
Dicastillo-
nis.

Dicastillo disp. 9. n. 926. censet, non minoris momenti, liberari à peccato veniali, tutiori viâ; & ampliori gratiâ ex opere operato donari, ut non minus propter hoc, quàm propter consilium, censeretur posse complex non posse esse rationabiliter invitus: præsertim, si eâ gratiâ multo tempore deberet carere, donec confiteretur Confessario non agnito compli-

cem. Deinde numero sequenti, potiori ratione & facilius putat licere iterum confiteri peccatum mortale: quia (inquit) peccatum mortale cum ex se tale sit, ut excludat à gratiâ & gloria, & nemo (etiam post Confessionem ritè suo iudicio peractam) debeat juxta divinum consilium de propitiato peccato esse sine metu; & nesciat homo, utrum odio, an amore dignus sit; atque juxta Conc. Trid. nemo possit esse certus de sua justificatione; major & urgentior causa esse potest non omittendi, sed repetendi Confessionem, ita ut minus rationabiliter invitus sit complex, si ad majorem securitatem non multum differat Confessionem, etiam si revelandus sit in tam secreto foro. Hactenus Dicastillo.

65.
Improbatur
ab Auctore.

Sed contra: In casu proposito, si femina confiteatur: *Negligenter resti alicui viro, me sollicitanti ad turpia*, non exprimendo qualitatem patris aut fratris, tutissimâ viâ liberabitur ab illo peccato veniali; scilicet per Absolutionem sacramentalem, nec minori donabitur gratiâ ex opere operato, quàm si qualitatem patris aut fratris exprimeret: unde enim probatur, peccata venialia non posse dimitti per Absolutionem, nisi in specie & sigillatim declarantur? Nonne ipse Dicastillo, disp. 9. n. 753. docet, cum quis confitetur se fecisse unum veniale, & non recordatur cujus speciei, totum etiam secundum rationem specificam remitti, non solum de facto, sed ita ut non possit aliter fieri?

Deinde repetendo Confessionem peccati mortalis, v. g. fornicationis, non exprimendo malitiam sacrilegii, quam semel bonâ fide poenitens expressit, æquali certitudine iterum absolvitur, quamvis indirectè, ab illo sacrilegio, ac si rursus malitiam sacrilegii exprimeret, nec magis certus erit de sua justificatione, aut magis securus, si directè absolvatur, quàm si indirectè.

66.
Quæ directum de re-
velatione

Restat hæc alia quæstio: utrum quæ hæcenus diximus de revelatione complicis, & ejus peccati, etiam consequenter dicenda sint de

revelatione tertiæ personæ, quæ non est complex peccati? V. g. si per vim detestati facerem tuam, an possis aut debeas integrè confiteri, cum revelatione oculi vitii, seu detestatis inculpabilis tuæ sororis? Item: vulnerasti Religiosum fugitivum, qui apud omnes pro seculari habetur, an debeas explicare statum Religiosum vulnerati, ad explicandam speciem tui peccati?

Existimat Suarez supra n. 14. non esse obligationem: Quia hic (inquit) cessat causa illa, quæ reddebant detractionem illam materialem. Nam in primis cessat hic ratio sumpta ex natura iudicii; quia talis persona nullo modo voluntate sua se immiscuit peccato alterius; & consequenter nec ex vi sui peccati se subiecit iudicio vel cognitioni alterius; & ideo ex hac parte nullum jus, nullamve jurisdictionem directè vel indirectè habet iudex ad cognoscendum tale peccatum, vel poenitens ad accusandum peccatum suum, implicando vel potius explicando peccatum alterius.

Cessat etiam alia ratio; sumpta ex reverentia Sacramenti: tum quia hic casus est rarissimus, & ex illo non potest sumi occasio moralis occultandi peccata: tum etiam, quia major reverentia est, ut integritas servetur rationali modo; nulla autem ratio patitur, ut is, qui invitus recepit unam injuriam, postea novum detrimentum accipiat ex Confessione ejusdem, qui injuriam intulit, solum propter integritatem Confessionis illius.

Unde etiam cessat tertia ratio, sumpta ex utilitate poenitentis: ipse enim debet sustinere onus & reportare incommmodum; ne alius incurrat detrimentum, eum ipse solus voluntate sua, & sine alterius cooperatione totum illud delictum commiserit. Hucusque Suarez, quem sequitur Fagundes supra c. 2. n. 12. & alii quædam Recentiores.

Alii, quos citat, & sequitur Lugo disp. 16. n. 420. contrarium sustinent: nam in iudicio fori externi, si quaritur de violentia illata Mortali, vel uxori alienæ, de raptu puellæ, aut similibus, qui jus habet accusandi, solet inquirere de his personis, quantum necessarium est ad manifestandum delictum. Similiter iudex, quantum necessarium est ad cognoscendum delictum.

Quod attinet ad reverentiam Sacramenti, licet hic casus non sit adeo frequens; æquidem in hoc casu integritas Confessionis non minus exigit manifestationem non complicis, quàm in alio casu manifestationem complicis, eum (ut supponitur) in neutro casu aliter queat peccatum in specie ac sigillatim declarari; ac proinde in utroque casu impossibile est, Sacerdotem perfectè judicare de statu poenitentis, æquitatemque servare in poenis injungendis tam ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, quàm ad præteritorum pecca-

peccatorum si proprie liceat veni propter peccatum complicis naturalis necessarium quis v. g. cum, v. tenetur illem, in C. est ad inter-

Et quæ receipt unum amentum a injuria i Confessio hile; cù deatur pra dari casum jura, v. antea pec per mem & tamen rem specifi Confessio

Deinde injuria, v rem tuam verâ conf complex præviam Petrus, q suum pecc plicis? P tum aliqu cise ex ec cis; sed e cessaria ad dum pecca quò pro retentioni similiter quem in C eo, quod manifestat tegrè pec quod Ch claratum.

Hinc a deo: Ip reportare trimentum Sacramen Confessio fessarium, peccatum etiam cur tam bon fama: q

peccatorum vindictam & castigationem. Ergo si propter hoc bonum integræ Confessionis liceat revelare peccatum complicitis, etiam propter idem bonum licitum erit revelare peccatum, seu potius defectum naturalem non complicitis. Nonne penitens proprios defectus naturales tenetur explicare, quando id est necessarium ad integram Confessionem? Si quis v. g. est illegitimus, & obtinuit beneficium, vel suscepit Ordines sacros, omnino tenetur illum defectum, quamvis inculpabilem, in Confessione aperire, quantum necesse est ad integrè confitendum suum peccatum.

Et quamvis durum sit, ut is, qui in vitis recepit unam injuriam, postea novum detrimentum accipiat ex Confessione ejusdem, qui injuriam intulit, solum propter integritatem Confessionis illius; equidem non irrationabile; cum bonum integræ Confessionis videatur præstare illi malo: ut omittam, posse dari calum, in quo non intercesserit ulla injuria, v. g. si ego peccavi cum ea, cum qua antea peccaverat frater meus; tali casu ego per meum peccatum non feci injuriam fratri, & tamen meum peccatum inde habet gravitatem specificam, quæ non potest declarari in Confessione, non explicato peccato fratris.

Deinde fieri potest, ut, quamvis intercesserit injuria, v. g. Petrus metu mortis adigit forum suam ad incestum secum, ipsa tamen reverè consentiat in peccatum, adeoque fiat complex peccati: putas autem, quod propter præviam illam injuriam, non possit tali casu Petrus, qui injuriam intulit, confiteri integrè suum peccatum, cum revelatione fororis complicitis? Profecto potestas manifestandi peccatum aliquod in Confessione, non oritur præcisè ex eo, quod sit peccatum complicitis; sed ex eo, quod illa manifestatio sit necessaria ad integrè declarandum & cognoscendum peccatum, quod defertur ad Sacerdotem, quod pro peccato Clavium remissionis, aut retentionis ejus sententiam pronuntiet. Consimiliter potestas manifestandi defectum aliquem in Confessione, non oritur præcisè ex eo, quod sit culpabilis; sed ex eo quod illa manifestatio sit necessaria ad declarandum integrè peccatum, cujus petitur Absolutio, & quod Christus noluit absolvi nisi integrè declaratum.

Hinc ad tertiam rationem Suarii, Respondet: Ipse penitens debet sustinere onus & reportare incommodum, ne alius incurrat detrimentum, salva tamen semper integritate Sacramenti. Unde tenetur diutius differre suam Confessionem, aut aliâ viâ procurare Confessarium, cui possit sine proximi infamia suum peccatum integrè confiteri; procurare (inquam) etiam cum aliquo incommodo seu detrimento tam honorum temporalium, quam propriæ famæ: quia tota illa infamia sive complicitis,

sive non complicitis, oritur ex sua injusta actione, ut Suarius supponit; ergo tenetur illum impedire cum equali infamia, aut alio incommodo; immo & refarcire damna si quæ ex ea manifestatione ille alius patitur, juxta regulas communes, quæ dantur in materia de restitutione.

Ecce fundamenta utriusque sententiæ appensa in statuta: eligat prudens Lector, & non errabit in fide; aut bonis moribus. Si in aliquo casu excuset infamia; saltem in casu de injuria. Quando (inquit Arriaga disp. 33. n. 18.) est ea duplex injuria; potest illud ipsum reputari grave malum ejus personæ; & habet majorem vim, si ea sit innocens: unde non erit tunc obligatio eam prodendi. Hæc ille.

In aliis casibus putat magis consequenter discendi, si dicatur esse obligationem manifestandi illud peccatum; cum ratio complicitis videatur se habere per accidens; & aliunde nihil sit quod excuset. Sed quod uni sic videtur, alii aliter videtur; & ideo tot diversæ sententiæ, quando res pendet à prudenti judicio, prout hæc res pendet; uti etiam resolutio questionis, quæ quaritur: Utrum subinde debeat revelari complex in Confessione; quando illa revelatio non est necessaria, nisi ad correctionem ipsius, vel ad præcavendum damnum tertii? Hæc est communis, & nostra resolutio:

CONCLUSIO IV.

Non facile revelandus est complex in Confessione, quando illa revelatio non est necessaria, nisi ad correctionem ipsius, vel ad præcavendum damnum tertii.

Dominus Ferdinandus Guerrerus Archiepiscopus Granatensis pietate non minus, quam doctrinâ illustri, contendit (ut refert Lugo disp. 16. n. 424.) Confessarium debere in aliquibus casibus penitentem obligare, ut ei complexem manifestet; quod si renuat, negare Absolutionem. Primò, si sciret aliquem occultè dogmatizare & seminare errores contra Fidem, quem ipse penitens denuntiare non possit. Secundò, si sciat, Sacerdotem aliquem abuti Sacramento Confessionis; revelandò Confessionis notitiam, sollicitando penitentes ad turpia &c. Tertio, si sciret, aliquem Sacerdotem fictum ministrare publicè Sacramenta. Quarto, si esset medicus aut pharmacopola, qui medicinis mortiferis intendit occidere infirmos. Quintò, si sciret sollicitari ab amico mariti, sit in proximo periculo consensu, quia est in eadem domo; nec potest

SSff 3 marito

70. Sententia Arriaga.

71. Aliqui esse sus in quibus putat Guerrerus Confessarium posse obligare penitentem ad revelationem complicitis.